



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax  
Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus  
Religiosorum**

**Karg von Bebenburg, Johann Friedrich  
Heripoli, 1680**

VII. Quonam titulo Regulares sint ordinandi?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38315**

superiores cùm suos ad vicinorem Episcopum, qui dicitur illorum proprius quoad ordinationem, dimittere debent, pari jure censentur.

## CAPUT VII.

### Quonam titulo Regulares ordinandi?

115. Pœna ordinati sìne titulo.

116. Speciale privilegium Iesistarum.

117. Cautela Episcoporum ordinantium.

115. **O**Rdinatus sìne titulo beneficii aut mensæ, aut patrimonii honestam sustentationem Clericis sufficientis, ipso Jure pœnam suspensi nis ab executione ordinis sìne titulo scepti c. *Neminem* i. & c. *Sanctorum*, dist. 70. à S. C. Trid. ses. 21. c. 2. ini vata m incurrit, ut B. Pius V. in constitutio ne *Romanus Pontifex*, contradicatos sìne Titulo, magis declarat, quam proinde incidunt non solum o ritii, sed etiam nulliter professi cogi

nullitate sui professionis ordines sacros  
recipientes; cum titulo paupertatis, ad  
quem Regulares ordinari solent, tan-  
tum solemniter ac irrevocabiliter pro-  
fessi uti permisum sit.

116. Ex privilegio tamen Gregorii  
XII. Constit. *Ascendente Domino*, Je-  
suitæ, de licentia Præpositi sui Genera-  
lis, ante professionem ejusmodi, ad sa-  
cros ordines promoventur, retentione  
bonorum suorum idcirco iis consulto  
permissa: adeò ut, si taliter ordinatos  
necessariis vivendi mediis destitutos è  
societate dimitti contingat, à S. Con-  
gregatione declaratum sit, Religioni in-  
cumbere, ut iisdem de honesto viatu,  
vel redditu quadraginta saltem aureo-  
rum annuorum provideat, ne sequatur  
inconveniens, cui S. C. Trid. & B. Pius  
V. obviare intendit.

117. Similiter, ne quando alii Reli-  
giosi ejecti, vel allegata & probata nul-  
litate professionis dimissi post obtentos  
ordines sacros, in opprobrium Cleri  
stipem

stipem corrogent, aut Episcopis gran-  
sint, Clerus Gallicanus in Conven-  
tione generali celebrato A. C. 1625. constitu-  
nullum deinceps Religiosum in Gallia  
ordinandum esse, cuius provincia, v-  
domus professionis non antea spopu-  
derit, se in casum ejectionis vel dimissio-  
nis ei alimenta daturam. Quod no-  
video cur à singulis Episcopis etiamen-  
tra Gallias decerni nequeat.

### CAPUT VIII.

An Episcopus ordinatus i-  
quirere debeat in mores, ætatem,  
scientiam Regularium or-  
dinandorum?

- 118. Examen ordinandorum tria concernit.
- 119. Etiam in Religiosorum ordinandorum  
mores est inquirendum.
- 120. A Regularibus fides Baptismalis infor-  
mante est producenda.
- 121. Religiosi, non sine diligentí examini  
episcopi, ordinandi.
- 122. Nemo facilè ab examine liberandus.
- 123. Summa examinis ordinandorum in-  
nere;